

rent, nisi tempore intermissi furoris, prodigus, cui auctore prætoris est bonorum suorum administratio interdicta, raturum erit antea factum, mutus, & surdus à natiuitate: si id casu acciderit, ut ex supervenienti morbo, est valida dispositio, dummodo non sit ignarus literarum, & manu testatoris voluntatem scripserit: scribere nescienti nulla ad testandum superest facultas, sed venia principis intercedente ut alius pro eo scripserit, ei conceditur: surdus tantum, tametsi à natiuitate (siste parumper) aut fortuito, bene poterit testari, si loquellam non amisit; in leg. 14. quomodo cæcus testabitur, proponitur, vid. *di. add. vers.* Quilibet: in fine; *lex. 16.* notat, obsides, ob crimen famosum, qui de statu suo dubitant, hæreticos, & proditores, iam damnatos, esse intestabiles: calamis detineatur: ad primum, cur obsidibus activa testamenti factio denegetur, non comprehenditur: pro comperto habetur, liberum hominem pignori dari non licere, extra quam quod pro captivorum redemptione, pacis custodia &c. (*lit. H. pag. 240. prop. fin. col. 1.*) homines sic traditi propter obsides vocantur: ratio, propter quam jus civile Romanorum eos facere testamentum vetabat, quia in pignoris causam

tenebantur, regius fiscus eorum facultates detinebat, & videbantur servi: (*lit. D. pag. 99. col. 1. num. 10.*) duplex obsidum est consideratio, aut eorum, qui pro singularibus personis redimendis, seu publica tranquillitate offeruntur: dupliciter etiam captivitas debet æstimari, quæ fit in bello, vel ejus causa: dum obsides sub qualibet dantur qualitate, sponte offeruntur, & major consideratio quæ in eis potest inveniri, ad securitatem spectat, quare patet, eisdem, quando apud hostes sunt, activam testamenti factionem haud posse prohiberi, majori comprobatione videtur assertum non indigere, sed per sequentia confirmationem etiam meretur; si captivus in bello servus eorum, quorum est in potestate, intelligitur, quoad jura civitatis, cujus causa erit libertate privatus, liber, & civis reputatur, etsi à Sarracenis vel id genus aliis detineatur: (*Ad rem vid. lit. R. pag. 124. col. 2. in fine*) detur casus, vigere potuisse, & hodie observari, captos causa belli servos esse capitulum, hancque esse generalem consuetudinem: hæc libertas privato seu servituti effectum consequetur in illis ditionibus, ubi captivi sub tali qualitate reperuntur: in solo patrio, propter

in ejus noticiam non pervenisse, exponere; quin potius, illis transactis, proceditur tamquam si tale mandatum non fuerit impostum; & omne in eo determinate contentum habetur perinde ac si à Commissario fuisset dispositum (1).

In hæredis vero casu negligentia, Executoribus à testatore designatis, bene advertitur, Episcopum ejus implementum curare debere (2); invenitur etiam decisio, quæ eidem executionem committit, dum legata aliqua, ut orphanæ matrimonium inean, relinquuntur (3); verumtamen antequam simili operationi in Episcopis, aut eorum Vicariis non indulget manifestentur leges, adnotare sufficere novissime stabilitum, dum hæredes obligationi; & muneris demandato non satisfecerint, nam si compulsio sit necessaria, laici per Judicem secularem, fori privilegio gaudentes, præcipue in Sacris constituti, sunt per Ecclesiasticum cogendi (4): erit huic dispositioni etiam adjudicandum, esse provisum; Judices ecclesiasticos nunquam immisceri valere, compelli ergo laicum, ut ultima adimpleant elogia; tametsi de legatis piis sit sermo, utpote tantum eis competere videtur, inspicere, an effectum, visitationem faciendo, fuerint eadem sortita (5); quibus animadversis, & in oblivione non tradita alia dispositione, per quam demonstrari videtur, esse peculiarem, seu privativam regis auctoritatis supradictam compulsionem, si laici Executores, Commissarii, aut Hæredes fuerint (6); apparet, Episcopum, ejusque Vicarium illos compellere nequire; in quorum comprobationem pariformiter procedit, quod cernitur dispositum in competentia jurisdictionis, dum Ecclesiasticus in Capellanis Exercitibus, etsi in Sacris Ordinibus constitutus procedere voluit, siquidem præter casum in quo tractatur de onerum capellaniam adimplementum, seu ejus visitatione, nullam jurisdictionem competere Ecclesiastico, fuit determinatum (7).

Doctrinæ circa revocationem mutationemque ultimæ voluntatis per aliud testamentum rite perfectum, quamvis in eo hæredis non sit instituto, subsistentia non denegatur; nam quælibet voluntas usque in ultimæ vitæ spiritum est revocabilis (8). Per cancellationem, deletionem, incisionem, lacerationem, inductionem, corruptionem, exustionem, aut alio simili modo in eo factam, non subsistit, si consulto fecisse testatorem probetur, præmaxime in testamento vulgo *cerrado* præ manibus à testatore habito (9).

(1) *L. ead. ibi.* Los quales términos mandamos que corran al tal Comisario, aunque diga y alegue, que nunca vino á su noticia que el tal poder le habia sido dado; pero lo que el testador le mandó señalada y determinado, señalando la persona del heredero, ó señalando cierta cosa, que habia de hacer el tal Comisario, mandamos que en tal caso el Comisario sea obligado á lo hacer; y si pasado el dicho término no lo hiciera, que sea habido como si el tal Comisario lo hiciera ó declarase.

(2) *L. 7. tit. 10. p. 6.* Apremiar pueden los Obispos cada uno en su Obispado á los Testamentarios que cumplan los testamentos de aquellos que los dexaren en sus manos, si ellos fueren negligentes.

(3) *Rem. 26. tit. 3. lib. 1.* Los Obispos y Prelados hagan executar y poner cobro en las mandas que se dexaren en los testamentos para casar huerfanas. *L. 5. tit. 2. lib. 5. §. 5.* Que entre las mandas forzosas de los testamentos entre de aquí adelante la de casar mugeres huerfanas y pobres, y que haya obligacion de dexar alguna cantidad para esto: y encargamos á los Prelados el recoger, y poner á buen cobro, y recaudo, y emplear las dichas mandas, y asimismo la execucion, (si nuestro muy S. Padre fuere servido de concederlo, como se lo tenemos replicado) y por sí mismo en lo que pudieren, examinan las obras pias que hubiere en sus Obispos, apliquen las que hallaren menos útiles á casamientos de huerfanas y pobres, pues es obra tan meritoria; y lo mismo las obras pias,

que no tuvieran aplicacion particular, de suerte que se entienda estarlo á esta:

(4) *L. 10. tit. 4. lib. 5. ibi.* Lo qual, si dentro del año contado desde la muerte del testador, no lo cumplieren, mandamos que vuestras Justicias los compelan á ello, ante las quales lo puedan demandar; y sea para ello parte qualquiera del pueblo. *L. 16. ejusd. ibi.* A lo literal, y expreso de ella: y en el caso solo de no cumplir con esta obligacion los herederos, se les compela á ello por sus propios Juces, sin que para dicha omision, y para el efecto referido se mezcle ninguna Justicia eclesiastica, ni secular en hacer:—

(5) Vid. *verb.* Judex.

(6) Vid. *verb.* Multa.

(7) Vid. *verb.* Capella, etiamque conducunt *verb.* Capellanus Militum inserta.

(8) *L. 25. tit. 1. p. 6. ibi.* Quando quisierit, fasta el acto que muera.

(9) *L. 24. ejusd.* Quebrantando á sabiendas el facedor del testamento alguno de los sellos de la carta en quanto oviere fecho su testamento en escrito, ó tajando algunas de las cuerdas, ó rayando las señales que oviese fecho en la carta el Escribano Público, rompiendolas, desátase el testamento por ello. Pero si fuere probado que algunas de estas cosas sobredichas abiniesen en la carta del testamento por ocasion de que no fuese fecho á sabiendas; no se embargará el testamento por ende.

tes cujus defensionem in servitutum inciderunt, rationi, & naturali æquitati repugnant; sub eadem derentos æstimari, ideo, dum certo constat de ultimata testantis, apud hostes decedentes, ad minus hæc ultima dispositio quoad bona in nativo solo relicta, (omnia conservantur, & si bimet custodiuntur *leg. 4. §. 5. tit. 29. p. 2.*) seu jura, post captivum in eodem obvinentia, exequutionem merebitur: nec potest dici, fictionem id operari, eo quod apud hostes decedentem civem considerari ex illo tempore, quo in captivitate fuit redactus, simuletur, nam huic propositioni assensus præstabitur, si agitur de testamento, aut ultima voluntate, antequam esset captus, facta, non vero de ea, in captivitate forma possibili (multum conducit doctrina D. Anton. Gomezii in *di. comm. ad leg. 3. §. 5. Tauri num. 20. in prima ac n. 2. in secund.*) perfecta: ceterum is non obstantibus, cum lex nostra (*6. tit. 29. p. 2.*) decernat, nullum esse testamentum codicillum, ab eo factum, qui in captivitate constituitur, non est immorandum, præmaxime dum alicujus ponderis (sufficit quod à Legislatore pronuntiatur) videtur esse ibi apposita, *videlicet*, quia concessa captivi testandi facultate, eorum domini, ut nullus alius præter ab eo signatum hæres nominaretur, intenderent: libera esse debet testandi dispositio, quare, si absque coactione aliqua in custodia detinentes illos permiserint, consanguineos seu affines, coram quibus ultimum fiat elogium, ad se venire, dispositum sustinetur, non aliter quando libertas deficit, verum alicui confidenti demandatur, hæc seu illa forma consanguineos de suis bonis dispoñere, ad eum de captivitate extrahendum, vel debitorem seu legatorum solutionem: propterea quod venit confitendum, non esse omnimodam facultatem disponendi absolute sublatam, utpote tenet mandatum, & omnia ipsiusmodi virtute gesta: ea de causa, nisi obsides tamquam captivi censerentur, (Jure Romanorum in fisco *leg. 31. ff. de jure Fisci* utrorumque bona redigebantur) non adispicitur, cur nequeant testamentum facere, cum advertitur istos, non solum bona retinere, verum etiam aliquam facultatem habere; unde discessi jam tempus est redeundi; *de hereticis*, vid. *verb.* Hæreticus: in *add. nov. hisp. de damnatis ob crimen famosum, & proditoribus* *vid. lit. L. p. 289. tit. 2. §. 9. in leg. 3. p. 7. cum leg. 1. tit. 12. 2. §. 4. tit. 18. lib. 8. Recop. Cast. lex 17.* decidit, monachum seu religiosum codicillum testamenti factionem non habere,

quia monasterium ei succedit, nisi descendentes habeat: inter eos poterit partitionem efficere, suam legitimam, nil amplius, relinquens: si forte plus dederit, æqualis pars uni dabitur monasterio: dicitur legitima *pars jure natura debita*: si religionem ingressus ac morte sit præventus, nec divisio fuerit bonorum subsequuta, descendentes legitimam suam partem capiunt; residuum autem monasterium: quibus rebus, & qua forma Episcopi, alique Clerici possint de suis bonis deliberare, per remissionem (*tit. 21. p. 1.*) lex concludit: Ad præcedentem assertionem videantur quæ notata, inter alia, reperuntur *lit. A. pag. 103. col. 2. pag. 363. col. 2. vers.* Ad quorum effectum: prope *fin. p. 423. col. 2. ult. lin. lit. E. p. 213. col. 2. in fin. lit. H. ex pag. 177. ad usque 185. vid. verb.* Legatarius, & tandem quæ remissive *lit. L. pag. 265.* denotantur: postquam ea omnia, ac *verb.* Spolium, contenta scrutata fueris, conducit inter alios recognoscere D. Anton. Gomez. in *comm. ad cit. leg. 3.* simulque D. Didacum Spino à Caceres in *suo testamentorum speculo*, per consequens conlati hæc, exul erit quælibet dubitatio; in *leg. 18.* exprimitur, testamentum infirmari, si testari volens, vel idem condens capite diminuatur, quacumque capitis diminutione interveniente, maxima scilicet, media, aut minima, prout ab Auctore *num. 35. art. hujus* intelligitur: si restituitur, dummodo palam testibus confiteatur, vel, ut antea factum habeat subsistentiam, *hoc est* antequam capitis diminutionem pateretur, convalescere, *lex 19.* præscribit: hæc quæ sit observantia, *ex vers.* Quilibet: Ita testamento, & irritatio: *add. hisp.* potestis rumpi ultimum patris voluntatem, si filius post mortem illius nascatur, aut in arrogationem seu adoptionem se dederit, *lex 20.* determinat: (*vid. circa hoc tit. 17. part. 4. §. lit. C. pag. 196. col. 2. in novis. hisp. add.*) illud aliquo temperamento intelligi debet: de exheredatione jam venit adnotatum, *vid. verb.* Exhereditatio: nunc tractatur de præteritione, eo quod posthumi nulla sit mentio facta: tres decisiones, ni fallor, distinctionem præbeunt: *prædicta lex 20.* de posthumi præterito, cujus nativitas ultimum irritat elogium, loquitur, in quo absdubio secundum jus antiquum (*leg. 1. tit. 1. & in proemio tit. 3. p. 6.* *vid. verb.* Hæres, cum *leg. 1. tit. 2. lib. 5. Ord. Reg. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. Cast. & hac add. hisp.*) hæres institutio deficere nequit: *lex 10. tit. 7. ejusd.* p. 6. asserit, filium

Irritatio, prout A. in Hispania locum habere nequit, occurrente quavis capitis diminutione, nam in primis, servos in ea non cognosci, tam notorium est, ut probatione haud indigeat; ceteri vero qui per eundem A. capitis dicuntur diminutionem pati, à testamenti factione non excluduntur, quia jam est patefactum, filiumfamilias, qui se in arrogationem dederit: qui civitatem, aut libertatem amittit, ut in condemnatis ad mortem naturalem, aut civilem contingit, habere condendi facultatem (1).

Indicis in Provinciis, dum agitur de illis personis in quibus simplicitas advertitur, & quæ proprie tales intelliguntur, solemnitates per leges Castellæ ad factionem testamenti requisitæ in consideratione non veniunt; possunt enim illud conficere quolibet ex illis, quos Gubernatores ipsi nominant, ultimum elogium scribente, intervenientibus duobus tantum, aut tribus testibus, masculis, seu feminis, sique ætatis, executionem meretur, prout præctice videtur: quod quidem dissonum non apparet: eo quod omnes solemnitates ad eorum dispositionem à testantis voluntate pendet (2). Ubi autem etiam maxima notatur differentia, in facultatibus Episcopis ad cognitionem ultimarum voluntatum concessis advertitur, præcipue dum de earum executione tractatur: quoniam testamentorum, visitatione legatorum eis, suisque locum tenentibus conceditur, quin potius executio quoque demandatur (3); quid mirum hoc, quam primo aspectu invenitur præventum, non tantum eis incumbere honorum ad ecclesiarum fabricas, hospitaliaque pertinentium, visitationem, ratiociniaque inquirere, verum etiam debiti reliquarum summam exigere, & in loco in quo respondeat, custodire, dummodo assistentia alicujus personæ gubernationem provincie obinentis, si regii fuerint patronatus, Episcopum, aut Visitorem in rationibus suscipiendis comitetur! (4)

(1) Vid. *prox. sup.*
(2) *L. 9. tit. 13. lib. 1. Ind.* Porque ordinariamente mueren los Indios sin testamento, y quando disponen de sus haciendas, es en memorias simples, y sin solemnidad, y conviene ocurrir á los daños que proceden de introducirse los Doctrineros y otras personas, recogiendo sus bienes, y disponiendo que se gasten en limosnas y sufragios, y para que no se queden exheredados los hijos, padres ó hermanos, y los demas que conforme á derecho deben suceder; rogamos y encargamos á los Arzobispos y Obispos, y

Provinciales de las Religiones, que con efecto remedien los excessos que en estos casos interviniere, haciendo las diligencias que son obligados. Y mandamos á nuestros Virreyes, Audiencias y Gobernadores, que cerca de lo susodicho hagan guardar, y guarden lo dispuesto por derecho y leyes de estos Reynos de Castilla, y libren las provisiones y mandamientos necesarios.
(3) Vid. *verb.* Hospitalia, Successio ab intestato.
(4) Vid. *proxime.*

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. IX.

lium præteritum, alio hæredæ extraneo instituto, testamentum rumpere: in leg. 1. tit. 8. ejusd. p. notatur, descendantibus querellam inofficiosi competere, ut rescindatur testamentum, præsertim dum sine causa exheredantur; non competere, si testator eum quem hæredem instituisse debebat, præterierit, quia nihil est hujusmodi dispositio, propterea quod, cum prius sit esse quam operari, nec ingreditur, nec locum habet inofficiosi testamenti querella, sed tamen præterito est hæreditas tradenda: iis animadversis, cum præsentæ ætate in testamentis non sit hæredis institutio necessaria, est evidens, testamentum à patre factum, in quo nullus sit institutus, si filius postea nascatur, valere: dumtaxat in eo sic condito videtur demandata diminutionem esse passura in quantum legitimam excedunt, nam utile per inutile non vitatur: vid. leg. 24. Tauri & 8. tit. 6. lib. 5. Recop. Cast. in quibus asseritur, nullo, seu irrito ob præteritionem, exheredationemve testamento declarato, meliorationem quinti & tertii, inibi contentam non infirmari: in qua consideratione ex animadversis oriuntur: cogit unusquisque, & in consiliu suas redigit meditationes: ultimum testamentum rite factum semper priori prævalere, nisi secundum, attento de morte hæredis falso rumore, fuerit perfectum, lex 21. præcipit: sed legata utriusque testamenti, propter Dei amorem consanguineis seu amicis relicta hæres præstatè tenetur; In descendantium favore prius conditum per posterius non infirmari, de primo mentionem non faciens lex 22. iudicat: hodie non videtur primum substantiam iri habitum: semper quod testator voluerit (23. & 25. hujus tit. & p. leg. 2. tit. 5. lib. 3. For. Reg. Ad 39. 40. 41. 42. 43. & 44. tit. 9. ejusd. p. vid. verb. Legatarius) ab alio recte facto revocabitur: deambulatoria usque in finem vitæ est ultima voluntas: nec obstat quod primum sit in favore liberorum, nam secundum per supradicta, dum nullus alius instituitur, eosdem gressus sequitur, semper est successio liberorum: nequit rumpi in quo clausula quod posterius nullius sit firmitatis, fuerit inserta, dummodo in secundo de priori non fiat mentio, nec de clausula: cum supra adnotatis comparentur hæc, & nebula dissipentur; lex 24. quæ disponat, vid. in addit. vers. Irretio: materia hujus legis super rasura, sui cancellatione satis determinatur per leg. 111. ad 119. cum 44. tit. 18. p. 3. Conducit lex 2. tit. 14. p. 6.; lex 26. 27. 28. & 29. penas decernunt in eos aliquem testari impediendes, ac hujus impedimenti cause recensentur: modum, quo fit, referre non omititur, lex 30. 31. & 32. de peregrinis sermonem facit: in prima de eis, qui peregrinis testamentum condere impediunt, agitur: instabiles declarantur, & arbitrio iudicis puniuntur; in secunda quid, peregrino morte prævenio, efficiendum: quomodo bona ejus sunt custodienda, ac hæredibus tradenda: si isti non apparent, arbitrio Episcopi in pia opera sunt convertenda; (lit. R pag. 171. col. 1. in add. nov. & verb. Successio ab intestato, vers. Non potest: circa fin) in tertia versus peregrinos omnis demandatur protectio, etiamque præcipitur, eorum causas brevi terminandas: mente retine leg. 2. & 3. tit. 2. lib. 5. Ord. Reg. 1. ad 5. tit. 12. lib. 1. Remis. 2. tit. 4. lib. 5. Recop. Cast.

Prosequitur tit. 2.: demonstrare quemadmodum testamenta aperiuntur ejus est objectum: de tabulis exhibendis nomen sui expressio bene convenit: sex leges continet: in prima actio in hunc finem cui competat: quorum interest est propria saltem præsumptive, morte testatoris obviente: sub juramento quo ostendatur, malitiose non procedi sed quia sua interest, & coram iudice seculari, (vid. verb. Judex, & leg. 3. hujus tit.) licet laici sit hæres Clericus: in fin. leg. 4. tit. 2. lib. 5. Ord. Reg. 15. tit. 4. lib. 5. Recop. Cast. Conducit lex 14. tit. 5. lib. 3. For. Reg. ac verb. Successio ab intestato, vers. Sequentibus numeris: ibi ideo fuit: infra med. in addit. hisp.) nulla compositio seu transactio super testamento admittitur: antequam aperiatur; à iudice quemlibet in cujus manu sit, esse ad ejus exhibitionem compellendum, stabilitur, in eodem lo-

co, ubi sollicitudo exhibitionis întenditur, si non existat testamentum, ut transportetur, debere terminum assignari, si contumax fuerit, quanti interest, præter damna hac de causa provenientia, condemnandum, sic à leg. 2. definitur: forma testamenti aperiendi per leg. 3. proponitur: omnes testes sunt ad signa recognoscenda seu subscriptiones vocandi, & præcedente juramento fieri recognitio debet, consequenter ante eos est resignandum ac legendum: impeditis personis alicujus splendoris, sive absentibus, cum eodem recognitionis objecto talis scriptura remittatur, copiam, post publicationem, quorum interest, tradendo: ex eo quod ex testibus aliquis subscriptionem non agnovit, quamvis suspectum iudicetur, ad ejus aperturam impedimentum non præstat: testibus præmortuis, aut longe distantibus, in apertura nulla mora est interponenda: coram probis hominibus hoc est literarum non (convenit lex 4. tit. 9. lib. 2. For. Reg. 114. & 119. tit. 18. p. 3.) ignaris, harum similitudine conlata, aperietur, & publicabitur: ad majorem hujus legis comprobationem, vid. D. Anton. Gom. in comm. ad dict. leg. 3. ex n. 35. cum glori. D. Greg. Lopez; lex 4. quomodo debet iudex se gerere, dum sine scriptis hoc est verbis (raro event) sit factum, præscribitur: (idem accidit si in scriptura fiat privata, vid. in add. vers. Nuncupativum) ut compareant testes, præcipiendum, & eorum dicta judicialiter recipientur: eandem vim obtinebit declarata ac si coram tabellione & cum scriptura esset conditum: non officit ad ejus validitatem, si post talem diligentiam aliquis ex hac vita migraverit, atque semper est testium qualitas inspicienda; lex 5. exemplum, seu exemplare omnibus interesse habentibus esse præstandum declarat: integrum hæredibus, ceteris autem in quantum sua referat: omni tempore est voluntas testatoris adimplenda, ita ut si prohibuerit testator, aliquam ejus voluntatis partem publicari, ad unguem servabitur: illius, ex quo aliquid valeat periculum ovenire, nec iudex copiam dare jubebit, tamen si testatore veritum non fuerit, in leg. ultim. ratio designatur, cur sit testatori facultas, ne usque ad certum tempus testamentum aperiatur.

Titulus 3. declarat quales esse debent, & quomodo sunt hæredes instituendi, vid. verb. Hæreditas, & Hæres.

Titulus 4. de conditionibus, quas in testamentis apponi conceditur, & quæ vis earum, pertractat: sexdecim leges in eo reperiuntur, & quamquam variis locis hujus operis, præcipue cum de contractibus agitur, pertingantur, fiet hic mayor extensio: quid sit conditio, quodplex, advertitur; tacita seu expressa, alia, alterve de præterito, præsentii aut futuro (hæc proprie est conditio) nominantur leg. 1. & 2. quis harum effectus determinatur: impossibilium (3.) de natura, & jure: hujus qualitates omnes contra honestatem, bonos mores, pietatis opera, aut jus naturale etiam æstimantur; si fuisset (4.) apposta v. g. si auream montem tali ecclesiæ seu personæ dederis, nil hæres scriptus habebit; idem observatur in impossibilitibus (5.) ratione perplexitatis; conditiones potestativæ (6. & 7.) recensentur, sunt quædam quæ in dando vel faciendo consistunt: adimpleta conditione, sustinetur relictum, ceterum si in non faciendo consistit, statim acquiritur, cautione de observando defuncti voluntatem præstita; causales sunt (8.) quæ à caso pendent, implementum est expectandum, secus enim, hæreditas non confertur, nisi ejus naturæ sint quod licet in futurum, certa sint, quia tunc locum habet hæreditatis acquisitio; mixtæ quoque (9.) referuntur, ideo tale nomen eisdem convenit, quæ in humana potestate partim, & partim fortunæ viribus vertuntur: hoc discrimine proceditur, si hæres institutus ex descendantibus fuerit, etsi non adimpleatur, tenet testamentum; si extraneus, est adimplenda, & donec implementum verificetur, non est hæreditas adeunda; sunt tacitæ quæ (10.) non appositæ, de jure intelliguntur, ex. gr. duobus filiis legitimis hæredibus institutis cum mutua substitutione, præmoriante altero, subintelligitur, si absque liberis decesserit; verum si extranei instituantur, superstes

totum acquirit, etiamsi morte præventus filios reliquerit; in horum legitima (11.) nullum potest gravamen, nec apponi conditio: extra legitimam, quàm conditionem voluerit, ut sit potestativa: esse necesse animadvertere quæ verb. Hæreditas, & Legitima, inseruntur: ibi proprie quid sit legitima, exponitur: extra quintum ceteræ partes ad ipsos pertinent: potest in tertio, & quinto filios suos pater meliorare: si melioratio in illo fuerit per testamentum, aliamve quamlibet voluntatem seu per contra ædem inter vivos facta, quodcumque gravamen, testatori bene visum, valet eidem imponere, restitutionis, fideicommissi, & quæcumque vincula, submissiones, ac substitutiones efficere, inter descendentes legitimos, illegitimos, ascendentes, consanguineos, aut inter extraneos, si ordine successivo numerati defecissent: de quinto, nullum est dubium, nam etiam extraneis potest restitui, ideo quod mirum, illud gravare quomodolibet voluerit testator, quod possit: in horum comprobationem vid. leg. 10. tit. 5. lib. 3. For. Reg. 43. & 44. tit. 5. p. 5. 17. tit. 1. p. 6. dict. leg. 11. tit. 4. ejusd. p. leg. ex 1. præsertim 11. 2. 6. 1. 5. Rec. Cast. 1. ex 19. præcipue 27. Tauri; si duo hæredes unus (12.) simpliciter, alter sub possibili conditione instituitur, ille suam partem accipiet, quamvis iste nondum conditionem impleverit; constituitur discrimen inter disjunctivas & conjunctivas (13.) condiciones, (leg. 24. tit. 11. p. 5. vid. verb. Alternativa) ex illis sufficit unius implementum, ex istis omnes adimplendæ, ut subsistat hæredis institutio; si casu, aliove legitimo impedimento conditio potestativa non adimpletur, habetur pro impleta, quia, dum non stat per eum quominus (14.) conditio impleatur, perdinde ac si implementum accepisset. (leg. 22. tit. 9. ejusd. p. eas recognoscere) consideratur, servo pro hæredæ ab alio quàm domino, sub conditione (15.) instituto, si absque hujus mandato in effectum eandem conditionem perduxerit, nil proderit, secus vero in minore viginti quinque annis, eo quia sine curatoris jussu implementum conditionis perficere valet, idcirco, ea impleta, hæreditatem, aut legatum quod fuerit relictum (iudicis auctoritate præsertim in illa) capiet; denique (16.) statutum advertitur, aliquas posse de facto impleri quæ de jure non possunt, ex. gr. si dixerit testator, instituo Petrum si servum hunc vel illum manumiserit: juris est compertissimum, antequam hæreditas adeatur, servum alienum esse: hæreditas confertur, si libertatem servus manciscatur, per consequens dumtaxat de facto manumissio procedit, quod, ut capiatur hæreditas, sufficit. Vid. D. Anton. Gom. tom. 2. variat. resol. cap. 12. ex num. 59. & D. Didac. Spino glos. 14.

Titulus 5. 14. decisionibus constat, ad secundi hæredis institutionem attentibus: quid sit substitutio, quis substitutus, quot illius species videlicet *Vulgaris*, *Pupillaris*, *Exemplaris*, *Compendiosa*, *Breviloquia* sive *Reciproca*, inter eas *fideicommissaria* (vid. verb. Fideicommissum) numeratur; ostendit: earum definitiones conscribuntur: quæ forma fieri omnes debeant: alternarum quæ vis: in vulgari an continueatur pupillaris, ac econtra: quando expirent: vulgaris & pupillaris tacita aut expressa quæ sit: tandem utrum adrogato substitui valeat, & quibus bonis succedatur: hæc omnia in 14. legib. dict. tit. decernuntur: cujus hodie sit efficacia pupillaris, vid. verb. Mater.

Titulus 6. leges usque ad num. vigesimum comprehendit: de jure deliberandi, inventarique beneficio pertractat: cum hæredem tam commoda quàm incommoda sequantur, est visum necessarium, tempus ad hæreditatis additionem, seu repudiationem eidem concedere, hæc (1. & 5.) remedia à jure fuere reperta, optio hæredi competit; à rege (quod raro accidit) petita (2.) deliberatione, unus annus signatur, si à iudice, qui debet esse ubi est hæreditatis major pars, novem menses, multum iudicis arbitrium prævaleret, tamen minus temporis quàm centum dierum non est præfigendum: præmortuo hæredæ ante additionem, tempus quod superest, ad deliberandum erit hæredi defuncti: extra tempus decesso, successorem inter extraneum, ac ex linea paterna seu materna descendente datur diffe-

rentia: nullum jus ad bona hæreditaria illi remanet, iste adire ea poterit: interea, dum terminus signatus pertransit, patrimonii vires explorandæ, & copia omnium scripturarum, ad instructionem necessariarum, non est deneganda, quamdiu pendet (3.) deliberatio, nisi præcepto iudicis & justa causa, nil est in rebus hæreditariis innovandum, venditio earum ulla haud sustinetur; illico ac (4.) repudiatio effectum sortiatur, vel defuncti debitoribus seu ab intestato venientibus bona sunt tradenda, qui ea tradere non vult, per juramentum in litem, iudicis arbitrio intercedente, condemnabitur; in leg. 5. de inventario faciendo est sermo, omnium defuncti bonorum descriptio dicitur, infra dies nonaginta est conficiendum, & infra trigesimum, ex quo sibi delatam hæreditatem hæres sciverit, incipi debet, (anni spatium ultra tres menses, si bona hæreditaria in eodem non sint lato) coram tribus testibus: oportet, ibi omnia bona contineri, ab hæredæ subscribi: interesse putantibus, insciis seu absentibus non denegatur, quod (5.) possint inquirere, si necne inventarium rite confectum, à testibus & hæredæ, ne celetur veritas, si fuit fraus in ejus confectioe, petere valent; contra hæredem, dum conficitur, (7.) à legatariis &c. non debet actio in iudicium deduci, neque ultra vires hæreditarias seu in quantum in hæreditate inveniat, hæres obligabitur, descriptione legitime facta: si eam non fecerit, ad plus tenetur, beneficioque falcidiæ privatur: (10.) debita prius solvenda quàm legata, si hæc prius quàm illa fuerint soluta, & bona debitoribus, post solius quartæ retentionem, non sufficiant, in legatarios proceditur: falcidia (vid. verb. Falcidia) ingreditur, si hæredi quarta pars hæreditatis non superfuerit; actiones ejus contra hæredem tacentem, (8.) si fiat inventarium, per additionem non confunduntur, sicut extraneus quilibet debitor, quod sibi debetur, recuperabit seu retinebit; pena ducit: (9.) hæres placetur, siquid fraudulenter occultet; verbis seu factis (11.) hæres potest hæreditatem adire, utriusque exempla notantur, & quid faciendum, si queat dubitari an pro hæredæ se gerat necne; inter extraneum & filium, si fuerint instituti, (12.) in re hæreditaria furto commissio, magna advertitur discretio, ille videtur alia bona adire, iste vero non, sed actione furti conveniatur; in leg. 13. numerantur qui per se seu per alios adire hæreditatem sibi delatam possint; antequam adeatur, (14.) de morte testantis sui illius, cui est successurus, certo constare debet; sine conditione aliqua (15.) aditio efficienda videtur, nec ad certum tempus prænienda; ab intestato aliquo patrefamilias (16.) mortuo, uxore gravida relicta, nullus ex consanguineis hæreditatem ingreditur: qui nascitur, eandem capiet, verum deficiente graviditate, proximioribus deferetur; lex 17. ad titulum de ventre inspiciendo, & custodiendo partus spectat: (Ad rem leg. 9. tit. 14. p. 3.) forma præscribitur quæ servari debet, si mulier post mariti mortem se prægnantem esse declaret, ut declinetur quælibet fraus in partus suppositione; lex 18. pertingit quibus modis hæreditas repudianda, scilicet verbis seu factis: semel repudiatioe facta, amplius nequit recuperari, nisi sit minor viginti quinque annis, credens magnum præjudicium per repudiationem esse illatum, aut mulier, nam à lege (1. tit. 3. lib. 5. Recop. 54. Tauri) prohibetur, ut possit absque venia mariti repudiationem facere, licet cum inventarii beneficio valeat acceptare; in leg. 19. decernitur, quando qui est hæres institutus, nequit ab intestato hæreditatem acquirere, si repudiaverit tamquam in testamento scriptus; in leg. 20. signatur tempus intra quod filius seu nepos, major viginti & quinque annis hæreditatem patris, seu avi repudiatur poterit repetere: si bona hæreditaria alienata non sint, usque ad triennium, alienata vero nunquam, minoribus viginti & quinque annis exceptis.

Istine reliquos titulos summam seu leviter pertingam: tit. 7. de exheredatione & præteritione agit; (vid. verb. Exheredatio, & in leg. 20. tit. 1. p. 6. hujus adnotationis) tit. 8. querellam inofficiosi testamenti proponit: quid sit: cui competat: contra quem intendatur.

tur: quare, & qua forma: quibus rationibus possit testamentum sustineri, licet querella fuerit in iudicium deducata; tit. 9. de legatis sermocinasti, vid. verb. Legatarius, Legatum; tit. 10. circa testamenti executores versatur, vid. adit. hisp. hinc verb. Suppositam, vers. Agendum: & verb. Legatarius, vers. Quod heredes: tit. 11. de Falcidia, & Trebellianica, vid. verb. Falcidia; in adit. hisp. nov. titulus 12. modum alium attingit ultimam voluntatem declarandi, vid. eadem adit. hisp. vers. Sapesapius: de successione ab intestato in tit. 13. est sermo, vid. verb. Successio ab intestato, per tot. tit. 14. formulam prescribit per quam sive ex testamento, sive ab intestato ab herede bona hereditaria petantur, sunt tradenda, Ad rem lex 1. tit. 14. lib. 3. Ord. Reg. & 3. tit. 3. lib. 4. Recop. Cast. titulus 15. disponenti quomodo hereditas dividenda, vid. verb. Hereditas, & Successio ab intestato; in tit. 16. de tutelis sunt decisiones, vid. verb. Tutela, tit. 7. lib. 3. For. Reg. lib. R. pag. 37. tit. 17. causas refert propter quas tutores & curatores excusationem ad hac onera obeunda merentur, vid. idem verb. Tutela; tit. 18. quare tutores suspecti a tutela sunt removendi, vid. proxime; tit. 19. suas leges dirigit, ut minores viginti & quinque annis nullum damnum consequantur, si sua facilitate, defensoris culpa, alteriusve dolo praedictum aliquod sit irrogatum, nam eo probato, & constituto de minori aetate, eis restituitur in integrum denegari nequit, vid. lit. R. ex pag. 148.

Multoties animadvertens existit, objectum harum notarum; adnotationum in nullo alia nisi fundamentum, quam consensum, & dissensum inter nostras leges, & Auditoris doctrinam recognoscere: ideo, cum non facile hic separatim tractare in tot inseritis speciebus valeret, conjunctim omnia amplificatur, ita ut, si quilibet quae sunt praevientia tam in hac nov. quam hisp. add. confert, omnia stabilita tam vetera, quam novissima comprehendat, & discernet absdubio in quo differant & consentiant leges hispanicae cum praedicta doctrina.)

TESTIS.

ARTICULUS I.

Quod ea, quae concernunt illos, qui possunt, vel non, esse testes, tum generaliter quoad omnia, tum specialiter quoad certas personas, & causas.

SUMMARIUM.

- 1 **TESTES** unde sint dicti: qui sint: quae praecipue in eis sunt attendenda: quales personae habiles, aut inhabiles considerantur: quae prohibita in totum, seu limitate ad testificandum, & referantur, ad n. 7.
- 8 **Absolute inhabiles** tam in civilibus, quam criminalibus, & quas exceptiones comprehendat, manifestantur, ad n. 31.
- 32 **Excommunicati** an admitti possint: quae in eos distinctio: in quibus causis pauperes & viles persona nequeunt esse testes: femina quando admittantur, ad n. 56.
- 57 **Pupilli** seu impubes inhabiles reputantur: quando capaces, & an testificari valeant de iis quae in impuberatate viderunt, ad n. 69.
- 70 **Neque parentes** pro filiis, neque isti pro illis testimonium ferent: inter ascendentes, & descendentes, ceterosque consanguineos discrimen notatur, de marito, & uxore, domesticis, & libertis an detur capacitas invicem ad testificandum, proponitur, ad n. 94.
- 95 **Judei & infideles** quando adhiberi possunt in testes: laici in Clericis, & Religiosos, & conversos quibusque in causis: afferuntur decreta Sacrae Congregationis, ad n. 108.

- 109 **Clerici, & Religiosi sine venia** superiorum an valide in testamentis, contractibus, & instrumentis laicorum testificentur: nullus in causa propria: nec Advocati, neque Procuratores, Judices in causis quibus consulant, ad n. 112.
- 113 **Idem dicendum de Tutoribus, Curatoribus, Administratores, Syndicis, & Auditoribus:** causa propria qua sit: proxeneta seu mediator nequit esse, nisi de partium consensu, vel si aliter veritas non potest haberi, ad n. 117.
- 118 **Praelatus, alique Clerici Seculares, sive Regulares, quando in causis sua ecclesiae, sive monasterii in testes possint adhiberi:** in causis universitatis qui capaces intelligantur, ad n. 131.
- 232 **Novae additiones interuntur,** ad n. 142.

TESTES dicti sunt, quasi superstitie, textu expresso in cap. Forus 10. de verborum significatione, ibi: "Testes antiquitus superstities dicebantur, eo quod super causae statu preferantur, nunc (parte ablata nominis) testes vocantur." Unde testes generatim loquendo sunt personae, quae ad fidem alicuius rei faciendam adhibentur; Ita in re Communis Doctorum.

In testibus sex praecipue sunt attendenda, nempe 3 conditio, sexus, aetas, dignitas, atque fortuna; sic Glossa communiter recepta in cap. In nomine Domini 2. de testibus, verb. Utilissimi, ubi ad id dat sequentes versus.

Conditio, sexus, aetas, discretio, fama,
Et fortuna, fides, in testibus ista requirunt.

Testes igitur ad hoc, ut ad testificandum possint admitti, debent esse idonei, seu habiles, legitimi, & integri, aut integre opinionis, ac fame; Communis. Tales autem sunt, & habentur idonei, & legitimi, quicumque a testimonio dicendo per canones, vel leges non repelluntur; Communis, per text. in leg. testimoniorum 1. ff. de testibus, ubi omnes illi pro testibus idoneis, habilibus, legitimis, aut integris agnoscuntur, quibus non interdicatur testimonium: Unde qui nulla legitima exceptione a testimonio repelli possunt, idonei testes dicuntur, & omni exceptione majores; c. Ex literis 2. de consanguinitate, juncta Glossa ibi. verb. Majoris: sic expresse dicitur: "Illi dicuntur omni exceptione majores, qui repelli non possunt aliqua exceptione."

Et contra autem testes idonei, seu inhabiles ad testificandum sunt omnes illi, qui Jure prohibentur, sive arcantur a testimonio ferendo; Ita in re Communis. Et ex istis aliqui in totum, sive omnino, generaliter prohibentur esse testes, & alii limitate tantum, scilicet vel pro certis personis, vel contra certas personas, vel in certis causis tantum, ut infra singuli distincte assignabuntur.

Et in primis generaliter, & absolute inhabiles ad testificandum, tam in causis civilibus, quam criminalibus, sunt infantes, & impubes, id est, masculi minores 14. annis, & foeminae minores 12. leg. Testium fides 3. §. 5. & leg. Inveni 19. de testibus, juncta Glossa communiter recepta ibi. verb. Sed ne pupillis: Et hoc propter defectum, & infirmitatem Judicii, ut expresse dicitur in cap. Infamis 1. caus. 3. quest. 7. Et impubes, quia iudicio caret; Vide tamen infra a n. 59.

Item inhabiles ad ferendum testimonium sunt amens, & furiosi: Isti enim sicut non possunt esse Judices, per text. in cit. cap. Infamis: ita etiam nequeunt esse testes, quia mente carent; §. Testes autem 6. Inst. de testamentis ordinandis, §. Praeterea 1. Insti. Quibus non est permittum facere testamentum, ibi: Item Furiosi, quia mente carent. Et concordat leg. In negotiis 5. & leg. Furiosi 40. ff. de Regul. Juris, & cit. cap. Infamis 1. caus. 3. quest. 7. cum similibus.

Item inhabiles ad id sunt surdi, & muti simul 10 a nativitate: Isti enim animi sui sensus exprimeret nequeunt, & ideo etiam testamenta facere non possunt;

§. Item surdus 3. Inst. "Quibus non est permittum facere testamentum" leg. Qui in potestate 6. ff. Qui testamenta facere possunt, & leg. Discretis 10. cod. eodem: Tum quia testes viva voce deponere, eorumque dicta a Jure audiri debent: leg. Cum ab initio 4. & leg. Vel negare 5. ff. testamenta quemadmodum aperiantur, & leg. Testium 3. §. 1. ff. de testibus. Excipiuntur tamen, qui ex accidenti surdi, & muti, scribere, aut certis, & indubitatis signis, seu nutibus cogitationes suas explicare possunt, leg. Sermo 65. §. Si pupillo ff. Ad Senatus consult. Trebellian. (verb. Testamentum.)

11 **Item inhabiles regulariter** sunt caeci, quia solus auditus in testibus non sufficit, sed praesentia, & visus requiritur, cap. Testes 15. caus. 3. quest. 9. cap. Cum causam 32. de testibus, ibi: Visu, Auditu &c. leg. Testium 18. cod. de testibus. Qui autem non vident, praesentes non dicuntur: leg. Coram Titio 209. ff. De verb. signif. leg. 1. in fine, & ibi Bartolus, ff. De auctorit. consensu. Tutor. adeoque qui non vident, testes esse non possunt.

12 **Item inhabiles** sunt servi, seu mancipia: leg. Quominus liberi 11. cod. De testibus. Auctent. de Testibus §. Si vero tit. 2. collat. 7. & c. Forus 10. de verb. signif. ubi etiam ratio redditur, quia nempe servus saepe metu dominantis testimonium suppressit veritatis.

13 **Possunt tamen** servi, seu mancipia esse testes, quando non habent alia probatio ad eruendam veritatem, leg. Servi 7. ff. de testibus, ibi: "Servi responsorendendum est, cum alia probatio ad eruendam veritatem non est." Et concordat leg. Cum probatio ff. de probationibus, & cap. Si testes §. Servi 4. quest. 3.

14 **Insuper possunt** servi, seu mancipia esse testes etiam in exceptis criminibus, quia in ipsis admittuntur testes etiam inhabiles; cap. In fidei 5. cap. Accusatus 8. §. Licet de Haereticis in 6. Vide etiam infra num. 23.

15 **Item inhabiles** sunt ad testificandum qui pretio ad id sunt conducti, cum eo ipso corrupti censeantur, ac proinde eorum testimonium non valet, sed a parte adversa; immo etiam officio Judicis rejici potest; cap. Placuit 1. ff. de testibus, ibi: "Placuit Sancto Conventui, ut testes non conducti pretio," cap. Sicut nobis 9. eodem cap. Licet 9. de probationibus, ibi: "Obicitur in testes praedictos, quod corrupti falsa dixissent," cap. Non sani 15. caus. 14. quest. 5. leg. Testium 3. §. 5. ff. de testibus, cum similibus.

16 **Item inhabiles** ad testificandum, tam in causis criminalibus, quam civilibus, sunt infamia Juris notati; Communis, per text. in cap. Testes 2. quest. 7. cap. Nulli 3. quest. 4. cap. Constitutum 3. quest. 5. cap. Praeterea 7. de testibus cogendis, leg. Testium 3. §. 3. ff. de testibus, ibi: "Alii vero propter notam, & infamiam vitae suae admitti non sunt ad testimonii fidem."

17 **Item inhabiles** sunt ad testificandum in causis criminaliter motis etiam infames infamia facti: In istis enim causis requiruntur probationes indubitatae, & omni exceptione majores; cap. Denique 1. de exceptionibus, cap. Testes 2. quest. 7. leg. Sciant cuncti 25. cod. de probationibus, adeoque ad id non sufficiunt testes infames infamia facti, quorum fama, & existimatio, & consequenter fides apud viros prudentes, & honestos graviter laesa est; Communis. In causis autem criminalibus civiliter agitatis, & in causis civilibus non gravius regulariter admittuntur ad testificandum tales infames infamia facti, quamvis eidem de fide non parum diminuat; Glossa in cap. Testimonium 54. vers. Emendatus, de testibus, Abbas ibidem n. 61. Mascard. de probationibus. conclus. 1363. num. 49. & 65. Farinacius de testibus quest. 56. num. 100. & 155. ac seg. allegans alios, Engel lib. 2. Decretal. tit. 26. n. 16. Reiffenstuel ibid. num. 49. & alii.

18 **Item infames infamia Juris admittuntur** ad testificandum in variis casibus, & signantur in criminibus exceptis, ut haereticis, laesae majestatis, & hujusmodi, quia in ipsis propter eorum enormitatem, ac maximam, quam reipublice afferunt, perniciem, ad-

mittuntur etiam testes inhabiles; cap. In fides 5. & cap. Accusatus 8. §. Licet de Haereticis in 6. Item quando veritas aliter haberi non potest, quam per tales infames, leg. Servi 7. ff. de testibus, & Felinus ibid. num. 11. Mascard. loc. cit. num. 52. Farinacius loc. cit. quest. 56. num. 50. & 55. cum aliis ibi allegatis.

Item quando infames rogati fuerunt ab utraque parte, ut essent testes; Tunc enim praesumitur ejus fides mutuo partium consensu approbata; Sic Glossa in Auctent. §. De Testibus 9. Licet colat. 7. Jason. in leg. Cunctos populos num. 69. cod. de Summa Trinitate Baldus in cap. 2. num. 3. de testibus, Farinac. loc. cit. quest. 56. num. 92. Mascard. loc. cit. conclus. 1363. num. 53. & alii.

Item valet testimonium infamis, quando tempore, 22 dati dicti testimonii communi opinione reputabatur bona fame, sicuti valet testimonium servi communi opinione habiti, ut liberi; Communis, per textum in leg. Testes 1. cod. De testamentis.

Item inhabiles ad testificandum sunt criminosi, etiam 23 non infames, id est, qui commiserunt crimen grave, seu peccatum mortale non habens annexam infamiam Juris: Isti enim criminosi, sive perseverant in crimine, sive jam fuerint emendati, repelluntur omnino a testimonio ferendo in causis criminalibus criminaliter motis; cap. Testimonium 54. de testibus, & Glossa ibid. verb. Confessus, verb. Emendatus, & verb. Opinio. Hostien. verb. eod. Abbas num. 8. & 12. Felinus num. 24. & 31. Barbosa n. 1. Farinac. loc. cit. quest. 56. n. 135. Pirhing. loc. cit. num. 22. Reiffenstuel loc. cit. num. 61. & alii plures, & concordat cap. Super eo 13. de testibus. Et ratio est, quia in istis causis requiruntur probationes indubitatae, & omni exceptione majores; leg. Sciant cuncti 25. cod. de probationibus, cap. Testes 2. quest. 7. cap. Denique 1. de exceptionibus, cap. Super eo 13. de testibus, adeoque ad id non sufficiunt tales testes criminosi, cum ratione commissi gravis criminis eorum fides reddatur suspecta.

In causis autem civilibus admittuntur ad testimonium tales criminosi, si jam sint emendati; secus vero, si nondum sint emendati; cap. Testimonium 55. de testibus, & ibi Glossa verb. Emendatus; Abbas n. 64. Barbosa num. 1. Farinac. loc. cit. quest. 56. num. 126. & 134. ac seg. Mascard. loc. cit. num. 58. Pirhing. loc. cit. num. 20. & 21. & alii: Et ratio est, quia licet digni sint fide tales criminosi jam emendati, ex quo criminosi post penitentiam non censeantur amplius mali; cap. Ferrum 18. dist. 50. indigni tamen fide sunt criminosi nondum emendati, cum non sit credendum contra alios eis, qui criminibus implicantur; cap. Neganda 1. caus. 1. quest. 11.

Et hoc procedit de Jure canonico, quamvis tales criminosi de crimine nondum fuerint condemnati; Dummodo crimen ipsis objectum legitime probetur, textu expresso in cap. Super eo 13. de testibus, ibi: "Respondemus, quod si etiam ante non sint convicti, vel confessi de criminibus illis, dummodo inde convincantur, in testimonium non debent admitti." Et in ejus Summario sic expresse dicitur: "Crimen nunc probatum repellit testimonium aliis de illo crimine damnatum."

De Jure civili tamen requiritur, ut de crimine illo fuerint antea judicialiter condemnati; leg. Testium 30. §. 5. ff. de testibus, ibi: "Quique Judio publico damnatus erit; leg. Athletas 4. §. 4. ff. De bis, qui notantur infamia, ibi: "Calumniator ita demum notatur (infamia) si fuerit calumniata causa damnata, neque veniunt sufficit calumniatum." Ita Glossa finalis in cit. cap. Super eo n. & ibi Abbas n. 3. Farinac. loc. cit. quest. 56. num. 129. Pirhing. loc. cit. num. 190.

Reiffenstuel loc. cit. n. 60. & alii.

Criminosi jam emendati admittuntur pro testibus 27 in causis etiam criminaliter motis in variis casibus, & signanter in criminibus exceptis, ut de infamibus in-